Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Cum voluit filius revelare · Venite ad me omnes qui la
borantes & onerati estis · Ego reficiam vos · Tollite iugum
meum super vos · discite a me quia mitis sum & humilis
corde · & invenietis requiem animabus vestris · Iugum enim
meum suave est & onus meum leve · Dnica in hxr ad Cor
tes · Nescitis quod hi qui in stadio currunt · omnes qui
dem currunt · sed unus accipit bravium · Sic currite
ut comprehendatis · Omnis enim qui in agone contendit
ab omnibus se abstinet · Et illi quidem ut corruptibilem
coronam accipiant · nos autem incorruptam · Ego igit
sic curro non quasi in incertum · sic pugno non quasi aerem
verberans · sed castigo corpus meum · & in servitutem redigo
ne forte cum aliis predicaverim · ipse reprobus efficiar · Nolo
enim vos ignorare fratres · quod patres vestri omnes sub nube
fuerunt · & omnes mare transierunt · & omnes in moy
se baptizati sunt in nube · & in mari · & omnes eandem escam
spiritalem manducaverunt · & omnes eundem potum spiritale
biberunt · Bibebant autem de spiritali consequente eos petra
Petra autem erat xpe · Scdm Mathm ·
In illo t: D·d·t·d·s· parabolam hanc · Simile est regnum
celorum homini patrifamilias · qui erat primo mane conducere
operarios in vineam suam · Conventione autem facta cum opera
riis ex denario diurno · misit eos in vineam suam · Et egressus
circa horam tertiam · vidit alios stantes in foro otiosos · et
illis dixit · Ite & vos in vineam meam · & quod iustum fuerit
dabo vobis · Illi autem abierunt · Iterum autem exivit circa sexta
& nona horam · & fecit similiter · Circa undecimam exivit · et
invenit alios stantes & dicit illis · Quid hic statis tota
die otiosi · Dicunt ei · Quia nemo nos conduxit · Dicit